

USUS E VERSU XXVII.

(1) Persequi proximum, nil tale meritum, vitium contra V. præc. gravissimum. Occupat Satan hujusmodi homines, ut quævis exorum observent verba atque dicta, nec non nocendi occasiones; omnia petulanter detorqueant, ad exemplum Saulis, Hamanis, &c.

(2) A Deo percutiuntur quandoque etiam innocentes Jobi, ad probationem fidei, demonstrationem patientiæ, &c.

(3) Afflictis afflictionem addere, diabolicum: Sic insultare miseris, talionem arguit instantem. Servus filium à patre casum deridens plagasque illi addens patris. adversus se provocat excandescentiam. huc Amalekita, Deut. XXV, 17. seq. Assyrii, Jes. XLVII, 6. Zach. I, 15.

USUS E VERSU XXVIII.

(1) Deus iniquitatem non dat, sed prohibet, permittit, dirigit, punit. L. de Causâ pecc.

(2) Excæcati & in sensum reprobum dati (Rom. I, 28. 2. Thess. II, 10.) de peccato ruunt in peccatum: adeoque de plagâ postmodum in plagam: Apoc. XXII, 11. 2. Tim. III, 13.

(3) Justitiâ Dei carent ii, qui vel propriam sectantur, Rom. IX, 31. 32. X, 3. Matth. V, 20. vel justitiam ac injustitiam promiscuè habent. De regno atque justitiâ Dei Matth. VI, 33. item de justitiâ per evangelium oblatâ Rom. I, 16. seq. vid. L. de justif.

USUS E VERSU XXIX.

(1) De librô vitæ v. L. de Prædest.

(2) Gaudendum imprimis de sui in hunc per Christum inscriptione; orandumque ac laborandum pro constanti in ipso permanenti: 2. Tim. II, 19. 2. Pet. I, 10. Luc. X, 20.

(3) Justis se associet, justos imitetur, imò Justitiæ fontem amplectatur, (Jerem. XXIII, 5.) quicumque cum justis scribi exoptat.

USUS E VERSU XXX.

(1) Miseriam nostram merito fatemur coram Deo, tanquam peccatis provocatam, duriter prementem &c. ut sic misereatur cor Dei paternum: Ps. CIII, 13.

(2) Salus à Dei proficiscitur unice.

(3) Depressos ipse solus exaltat: Luc. I, 52.

(4) Christus in passione miserrimus compatitur bodioque miseris facillime: Ebr. IV, 15.

(5) Ut ut aliquandiu clamemus rauci v. 4. sequitur tamen tempestiva liberatio. Daniel primo statim die exauditus, vigesimo demum die hoc resciscit: Dan. X, 12. Conf. Luc. I, 13.

USUS E VERSU XXXI.

(1) Laudandum Dei nomen fervide, devotè, constanter: v. præc. II.

(2) Cantica precesque confessoria Deo placent egregie: Ebr. XIII, 15. Psal. L. 14. 23. XL, 4. Apoc. XIV, 2. Hof. XIV, 2. Eph. V, 19.

(3) Magnificimus Deum, cum pro viribus magnitudinem ipsius alijs inculcamus. v. I. præc.

USUS E VERSU XXXII.

(1) Victimæ V. T. non placere, vel placare Deum po-

A tuerunt ex se, sed ratione antitypi, b. e. unius agni immaculati victimæque sanctissimæ, Christi: Joh. I, 29. 2. Cor. V, 21. 1. Petr. I, 18.

(2) Annitendum nobis ipsis, ut victimam offeramus Deo inculpatam: Rom. XII, 1.

(3) Cornua ac ungulæ crescant indies: b. e. proficiamus subinde in pietate evidenter: 1. Tim. IV, 15.

USUS E VERSU XXXIII.

(1) Exemplum Jesu resuscitati post tot passiones piorum aliorum non tantis malis eluctantium, inspicere debet à nobis tempore tam prospero, quam adverso, (quando sumus miseri,) ut spem inde confirmemus propriam de eventu simili. Sir. II, 11.

(2) Gaudendum cum gaudentibus. Rom. XII, 15.

(3) De inquirendo Deo v. 7.

(4) Vere demum vivunt, in quorum corde vivit Christus: Gal. II, 20.

USUS E VERSU XXXIV.

(1) Audit Deus egenos despectissimos, accurate, promptè, saluberrime. L. de Invoc.

B (2) Vinceti Dei sunt, qui vincula adversitatum à Deo immissarum ferunt patienter, orant indefinenter, sperant in Christo gratiam subsequituram infallibiliter. Huc etiam Martyres.

(3) Spernente mundo universo, non tamen spernit Deus; modo nos ipsi non spreverimus. Conf. Matth. XI, 5. de evangelio pauperibus prædicato.

USUS E VERSU XXXV.

(1) Laudant Deum creaturæ inanimate, cælum, terra, mare, & quælibet in ipsis mobilia, non formaliter, sed objective, b. e. subministrant laudum argumenta innumera.

(2) Nostrum est, qui ad imaginem Dei sumus conditi, vocibus ac cordibus præstare, quod creatis alijs baud datum est. De angelis vid. Ps. CIII, 20.

USUS E VERSU XXXVI.

(1) Salus Zionis spiritualis in N. T. unice dependet à Salvatore Jesu: hic salvavit è potestate Satana, transtulit in regnum proprium: &c. vid. Psal. C XIV, 7.

(2) Urbes Judææ restaurantur, quando Christus, ex Juda oriundus, (Gen. XLIX, 10. Apoc. V, 5.) omnes suos affeclas, tanquam contribules, habitare facit commodè ac secure; imò quando ipsemet habitat in eorum cordibus: 1. Cor. III, 16. VI, 19. 2. Cor. VI, 16. Joh. XIV, 23. Gal. II, 20.

(3) Habitatio fidelium segura & hæreditaria non tam præsens, quam futurum concernit seculum: Ebr. XIII, 14. 2. Cor. V, 1.

USUS E VERSU XXXVII.

(1) Semen non deerit Dei servis: ecclesia nunquam cessare poterit: Psal. XXII, 23. 31. Eph. V, 26. Matth. XVI, 18.

(2) Felicitas aeterna non impetratur ex laborum merito, sed tanquam hæreditas: Rom. VIII, 17.

(3) Diligendum est Dei nomen, b. e. Deus ipse, quantum se nobis fecit nominabilem, vel in verbo revelavit. v. I. præc. Exsunt diligentes mundum: 1. Joh. II, 15.